

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 3905

**Auteur(s)** : Henri Louvel, Verneuil-sur-Avre (bailli)

**Bénéficiaire(s)** : France (roi)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1281, 26 octobre

**Action juridique** : autre

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Henri dit Louvel, bailli de Verneuil, et son clerc, maître Richard de Fay, notifient l'estimation des terres de Pont-Saint-Pierre et Bacqueville d'après l'enquête faite par ordre du roi.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 976, p. 249-250.
- b. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissé, 1862-1869, 3 vol., t. 2, p. 598-599 (extrait).

Texte établi d'après a

Omnibus hec visuris, Henricus dictus Louvel, ballivus Vernolii, et magister Ricardus de Fay, clericus ballivi Rothomagensis, salutem. Noveritis nos, de mandato domini regis, de valore terrarum domini regis et exituum earumdem, tam in redditibus quam in aliis, apud Pontem Sancti Petri et apud Basquevillam, sine valore forestarum et pertinentium ad easdem forestas, per prepositos locorum, firmarios, et per plures alios de visneto fide dignos et juratos, diligenter ac fideliter inquisisse, prout inferius continetur. § Partes valoris Pontis Sancti Petri : § Costuma denariorum et oboli, cum costuma hale, quadrigarum, et cum costuma septimane mercenariorum, lanarum, piscium et ruscarum, valet per annum quadraginta libras. § Havagium sexdecim libras. § Aquagium octo libras. § Stalla tanatorum, septem libras. § Hala drapariorum, viginti quinque solidos. § Masura Oudardi de Pistris, cum duabus pechiis terre, quadraginta solidos. § Campipars, prepositura, palagium, corveie et tenestrarium de Pistris, centum solidos. § Prepositura de Romillie quindecim solidos. § Item, apud Pontem Sancti Petri, una acra prati valet viginti solidos. § Burgagium et census Pontis Sancti Petri et molendinum ad Secures centum solidos. § Item Petrus dictus Miles, pro quodam servitio equi, debet septemdecim solidos. § Acelina La Torte, pro tribus masuris, quadraginta solidos. § La hart au poisson, quadraginta solidos. § Masura et census de Novavilla, solutis elemosinis, viginti tres libras et octo solidos. § Costuma de Novavilla, viginti solidos. § Octo corveie vel circa apud Novamvillam, viginti septem solidos. § Item molte sice ibidem, viginti solidos. § Vende et releveia ibidem, viginti solidos. § Census de Pistris, solutis elemosinis, decem libras quatuordecim solidos et quinque denarios. § Renoudus Goscelin, pro aquaeia Secane, quadraginta solidos. § Philippus de Pormor, pro quadam masura, decem solidos. § Montes supra Pontem Sancti Petri, duos solidos et sex denarios. § Guillelmus de Ronceroles, pro quadam masura, quinque solidos. § Hec omnia supradicta debent decimam et reddecimam abbati de Lira. § Summa tocius valoris predictorum per annum : sex viginti duodecim libre tres solidi undecim denarii. Cadunt pro decima tresdecim libre quatuor solidi quatuor denarii et obolus. Item cadunt pro reddecima undecim libre septemdecim solidi undecim denarii et obolus. Restant centum et septem libre novemdecim denarii. § Item unum molendinum apud Romillie, solutis

expensis et misiis, cum molta sica, valet per annum duodecim libras. § Item unum molendinum apud Pontem Sancti Petri, solutis expensis et misiis, cum molta sica. valet per annum sexaginta decem et octo libras. § Summa tocius valoris Pontis Sancti Petri, solutis decima et redecima ; novem viginti septemdecim libre, novemdecim denarii. — Item valor terrarum et reddituum domini regis apud Basquevillam. § Primo sexaginta quindecim acre et dimidia et sexaginta octodecim pertice terre, valent per annum quadraginta quinque libras octo solidos et quatuor denarios. § Item viginti sex acre et dimidia et duodecim pertice terre ad meditariam, valent per annum viginti quinque libras sexdecim solidos et quatuor denarios. § Item quoddam clausum circa motam, et mota cum fossatis, valent viginti quinque solidos, § Item in denariis redditus ad festum Omnium Sanctorum, octo libras tres solidos et quinque denarios. Item, ad nativitatem Domini, in bladis, viginti novem minas, duos boissellos, mina valente quinque solidos. § Summa : septem libre septem solidi et quinque denarii. Item quatuor viginti quindecim capones, valent quinquaginta novem solidos et quatuor denarios. Item quinquaginta octo galline, valent viginti quatuor solidos et duos denarios. Item cum caponibus et gallinis, in denariis, septem solidos et sex denarios. Item una somma avene valet duodecim solidos. Item ad Pascha Domini in denariis, octo libras undecim solidos et octo denarios. Item quatuor centum quadraginta duo ova valent quatuor solidos et septem denarios. Item ad festum Sancti Remigii in denariis tresdecim libras undecim solidos et tres denarios. Item ad Candelosam in denariis, quatuor libras septem solidos. Item unum sestarium bladi valet duodecim solidos. Item estoublagium in septembri, valet tres solidos et quatuor denarios. Item medietas molendini de Douvilla valet quita domino regi duodecim libras. Item servitia pro jardinis claudendis per annum, quinque solidos. Item precarie caruscarum, quinquaginta quatuor solidos. Item servitium sommagii, sexaginta solidos. Item quoddam feodum debet unum par cerotecarum de tribus denariis. Item campipars et molta sica, duo modia et dimidium bladi, valent novem libras. Item unum modium et dimidium avene, valet centum et octo solidos. Item vende et releveia valent per annum sex libras. Summa tocius valoris de Basquevilla : septem viginti novemdecim libre et septem denarii. § Summa tocius valoris Pontis Sancti Petri et Basqueville ad dominum regem pertinentis, sine quadam granchia et sine forestis predictis et pertinentiis earumdem : trescentum quinquaginta sex libras duos solidos et duos denarios. Quod omnibus et singulis quorum interest, tenore presentium, declaramus. In cujus rei testimonium, ego predictus Henricus Louvel sigillum ballivie Vernolii, et ego dictus magister Ricardus, clericus ballivi Rothomagensis, sigillum ballivie Rothomagensis presentibus litteris duximus apponenda. Datum et actum anno Domini M<sup>o</sup> ducentesimo octogesimo primo, die dominica ante festum apostolorum Symonis et Jude.